



Tomus XIII
Miscellaneous Philosophy.


M



בִּיהוּן אֶלְחִינָּה
VENTILATIONUM PHILOLOGICARUM
Ad Codicem Hebreum Vet. Testamento
EXERCITATIO PRIMA
De
PURITATE ET INTEGRITATE EIUSDEM CODICIS
Quam
In Illust. Acad. Wittebergensi
PRÆSIDE
M. FRIDERICO SCHERERZIO
Lüneburgensi, P. Laur. Cæsareo.
publicè Respondendo defendet
LEONHARDUS MEYERUS
Lüneburgensis.
a. d. XV. M. VIIIBR. hor. Matutin.
In Auditorio Minoris.

WITTEBERGÆ, TYPIS JOH. HAKII. A.C. CL. IEC LIII.





*
QUOD
FELICITER DEOQVE PROPITIO
FIAT!
VENTILATIONUM PHI-
LOLOG. AD COD. HEBR. VET.

TEST.

ANTEFIXIMENTUM.

SACRA ILLOTIS MANIBUS NE TANGITO, verum cre-
dimus disterium. Theologiz Mysteria absq; cognitione
Linguarum, quibus in utroq; Instrumento Cœlestis Spir-
itus ductu conscripta, eos velle addiscere qui litterati esse
cupiunt, absonum pariter ac indecorum; dicimus porrò, absq;
his tanquam instructioris fortissimis, ac necessariis simul ad in-
terpretanda divina oracula accedere, nefas esto. Dicitur autem
illotis manibus, rectè in eos, qui vel audacius vel parum instructi
rebus his, quibus oportuit, negoeium invadunt, veluti, si quis
divinas litteras interpretari conetur, Hebraicæ ac Græcæ Lin-
guæ imperitus, sine quibus non stultum modò, verum etiam im-
pium est Theologiz Mysteria tractanda suscipere. Quod tamen
heu nefas! jam passim pleriq; faciunt. Ædes elegantes paixter
ac splendidae si qua intrandæ, eleganter sanè componendus ho-
mo; Intramus hic. **יְהוָה** Sanctuarium Jehovæ, compona-
mus nos, & ad sanctam elegantiam formemus digestivo duplici,
Hebraicâ nempè ac Græcâ Linguâ; unde D. HIERONYMUS eū
constituisset arcanas interpretari litteras, ne illotis, ut ajunt,
manibus rem tantam aggrederetur, inestimabili sudore Lin-
guarum peritiam sibi comparavit, quas qui ignorat, non Theo-
logus est, sed sacræ Theologiz violator, ac verè manibus illotis
rem omnium maximè sacram non tractat, sed profanat con-

A 2

spurcat,



confuscat, violat, recte helluo iste Librorum Desiderius quem
Roterodamum nobis in aureis suis Adagijs. Porro, de Hispania-
rum Regis diplomate nemo recte judicare poterit, qui lingue
illius ignarus & expers, multo minus hic quispiam, nisi imbutus
prius cognitione Sanctissimarum Linguarum. Inscitiae fructum
desideramus? statim is ob oculos versatur, cum illa tempora co-
gitamus, quæ nobis Pipiones, Iaotones, Jodiodones, Jabaiones-
que istos pepererint, de quibus HIERONYMUS, EPIPHANIUS,
CORN. A LAPIDE, GENEBRARDUS & alii addimus ita
tempora cum PII Patres Hebraicarumq; Gr. carum litterarum i-
gnorantes. Arianis certamina olim habuerint, in dandis respo-
sionibus anxie se torquentes, ut LEPIDANUS hæc refert hær.
LXIX. Contra v. insigniter gaudere possumus de felicitate no-
stræ etatis, & illius accuratam industriam in his deprædicantibus
quæ divinas istas Linguas non solum amat, colit, sed & excolit,
simulque examinat, videmus fructum, non levem sane, sed pon-
derosum, dum se Triumphaticem, & debellatricem Adversa-
torum ad invidiam usque reverâ demonstrat: Osores v. harum
& ignoratores terga dantes, prostratos, risum provocantes
seq; minus hitce armatos esse ipsosmet farentes a-
spicimus, uti infaustum istū FAUSTUM in Respons. ad defens.
Franc. Puccii, se Græcos fontes leviter admodum degustasse,
Hebræos vix dum attigisse, ex quo Adm. Rever. Dn. D. Calov.
Præc. ac Patr. noster Venerandus Cōsid. Theol. Socin. p. m. 42.

Addiscendæ itaq; & excolendæ hæc Sanctissimæ, quibus o-
mnis divini verbi veritas, & certitudo ad nos propagata, hic Fōs
est, à quo quæcumque deducuntur versiones rivuli sunt, & cana-
les dulcedine & puritate fonti ipsi neutram æquiparandi, in-
quit absolutissimus iste Theologus pariter ac Philologus DN. D.
GLASSIUS in Sacr. suā Philol. ac dulcius, simulque purius ex i-
psa fonte bibuntur aquæ. Ament alii elegantiam oris Romani,
mirentur & admirentur majestatem labii Hispanici, exoscule-
tur dulcedinem eloquii Gallici, nobis ad Amorem elegantia
Sanctissimarum Linguarum quibus dei verbum originaliter cō-
signatum, nobis ad admirationem majestas illarum, quibus

DEUS



Deus locutus, nobis ad delectationem dulcedo istatum, qua
verba vitæ.

Et ut tantummodo hac vice de Lingua S. Vet. Test. in
quâ בַּיִת occupati erimus, dicamus, elegans ea est & pura, admi-
rabilis est, dulcis est, addimus, necessaria est, præprimis Theo-
logo futuro, ut eā vel planè non, vel certè difficulter carere pos-
sit, quemadmodum istud satis graphicè antea nominatus The-
ologus ac Philol. in Oratione publ. sub auspicio Prof. Hebr. in
Ac. Salanâ habitâ diduxit. Fidem demus verbis, non nugis a-
gitur, simulque aures præbeamus B. nostro Thaumasiandro LU-
THERO qui in Comin. Ps. præmissâ seriatim adhortatione ad hoc
studium, ita valde εμφατικῶς: Si aliqui futuri sunt Theologi, si-
cuit necesse est, negat n. omnes Jura aut Medicinam discemus, oportet
eos esse munitos contra Papam & aliud odiosum hominum vulgus,
qui cum unam Hebraeam vocem sonare didicerunt, statim putant,
se Magistros hujus sanctæ Linguae, ibi, nisi eam nos tenuerimus, tan-
quam asinis illudent & insultabunt. Si a. nos quoq; muniti fueri-
mus cognitione hujus Linguae, poterimus eis impudens os obstruere
scilicet Diabolo & ejus Ministris resistendum. Et vos quoq; dabitis
operam, qui aliquando docebitis Religionem, ut hanc quoq; lin-
guam discatis si non pecora campi, & indoctum vulgus ha-
beri vultis. Hæc Luth. Ac rectè in Pirk. av. c. 6. אין בהורה
אילן את אחת שאין הרים גודלים תלויין בה
Id & nos sedulè attendentes proposuimus DIO FAVENTE NUMINE alii-
quot Ventilationibus Philologicis Linguam Vet. Test. pro viri-
bus ingenii exornare, ac publici στήνειν & caussâ ad exami-
nandum τὰν συνηργητικάν προσδιαλέξει eas modestè sub-
mittere. Commasculavimus ergo frontem parum ourantes,
quid oculi emissio in istis carpere queant, etenim εὐ μεγάλοις
τάσσω εἰδεῖν χαλεπός verè apud Plutarch. in Solone; Nihil im-
pie in hisce aut maligne scriptum, hoc testamur, hoc profitemur.
Επιθετικός, ac prima hæc nostra Ventilatio occupata sit in
afruerenda & defendenda αφθάρια sea αδιαφορία Hebrei Co-
ditis, placebit brevitas, displicebit sterilitas. Tu modo יְהוָה qui
hæc



hac Linguâ nobis Gratiam tuam immensam & Voluntatem re-
volasti, eamq; puram & integrum benignè hucusque conservasti
אָנָּא הוֹשִׁיעַת נָא אָנָּא רָצְלֵיהֶنֶּא

ΚΕΦΑΛ. Α.

AntiPhilologia Turcarum, Pontificiorum, & Socinianorum ex-
penditur, ac refutatur. Status controvers. formatur. Coranus falsi
accusatur. IBN HAZEM notatur. Origenes & Chrysost. explican-
tur. Hieron. excusatur. Origenes contra Morinum defendit. Ge-
orgius Monachus reprobatur. Gauſſe traduntur diversitatum &
errorum in Translationibus. Sociniani Critici πονηρά
ιδιώματα. Zachariae locus incurruptus contra Socin. defendit.
R. Aben Ezra & R. Schelemonis testimonium. Critica quid? Ceili-
gi & Philologi quomodo agere debeant?

Pro puritate & Integritate Hebræi Codicis pugnabimus. Fons
hicce puras est, integer est, authenticus est, à Scribis neuti-
quam corruptus, à Judæis minimè depravatus. Veneramur hunc
Thesaurum preciosissimum, DEOQUE STAT. ET CONSER-
VATORI æternas damus laudum hecatombas, quod non tan-
tū per tot secula in diversis ιδιώμασι μερόπων αὐθεντῶν sed &
in ipsis fontibus Iraelis illum clementissimè hucusq; custodi-
re voluerit. Observamus v. hic statim nostros contradicentes
cum quibus nobis de his haud parva belligeratio, milites levis
armaturæ nostræ sententiam impugnantes, partim, à Recuti-
tis malitiosè, partim, à סופרִי incuriosè depravationem Co-
dicis Hebræi factam esse, statuentes,

Ut v. eò expeditius Ventilatio nostra procedat, in statum
Controversiæ prius esse inquirendum, ante omnia existimamus.
Non hic loci quæstio instituitur, de quorundam sive particula-
rium exemplarium falsatione, irregulari scriptione & puncta-
tione, nec de σφάλμασι Typographorum vel Correctorum, ne-
què de leviusculis quibusdam erroribus, qui injuriâ temporum,
sum ante conscriptam Masoram, in pluria, cum post eam in
pau-



pauciora exemplaria, nam סִגְלָתָה לְתוֹרָה מַסּוֹרָה, irrepererunt? Sed de hoc lis est & controversia; an Codex Hebreus tum à Recutitis malitiosè Et studio, tum à Librariis & Scribis negligenter ITA sit corruptus ut facie pristina amissā norma reliquarum versionum ad quam corrigi & examinari debeant, esse nequeat? Hic respondent AntiPhilologi nostri affirmative: & primò quidem Muhammadani, dein Christiani, ex his v. Pontificii, & Sociniani. Ordine & distinctè eos assumamus, ac eorum armaturam παιδίας ήγι σαφνειας ἐνενα paullulum examinemus.

Idololatrica illa gens Muhammadana Scripturam depravatam esse pro suâ rusticâ, & demissâ indole statuit, exemplo esto peculiaris Liber, cuius Auctor Ibn Hazem perhibetur, titulotenus: *Declaratio Legis & Evangelii corruptionem à Judæis & Christianis factam esse*, cuius Versio Latina ex Arabicè è Bibliotheca Summi JCTI ac Philologi J. CAMMANNI nobis aliquando ad manus fuit, ex qua nil nisi conjectatiunculas leves planè, Historiarum, quæ hūc pertinent, falsationes, unà cum diversis rugis idololatricis deprehendere licuit, quod tamen haud decet, necessum n. est, si depravatio Codicis Hebræi statuenda, evidentissima, firma, & minimè fallentia indicia producantur, alias commentum proditur; Accedit & hujus gentis Professor quidam Ahmedius Ibn Edris natione Maurus, qui in tripartito suo contra Christianos & Judæos tractatu Lib. II. qv. 9. idem statuit, & in ipso Corpore Doctrinæ Turcieæ videlicet Corano eadem sententia reperitur, Surat. n. 4. inter alia legimus, Muhammadanos statuere, Judæos corrupisse verba de locis suis, & dixisse: audimus verbum illud, sed repugnamus. Ad hoc v. responsio in promtu, Exod. n. c. XIX v. 8. scriptum reperimus postquam DEus in Monte Sinai apparuerit, & Moschi mandarit, ut sanctificer populum ad legem percipiendum, Mosen rediisse, convocasse Seniores populi, & proposuisse eis omnia verba, quæ præceperat ei Jehova, cui respondens totus ille populus una dixit: quicquid dixerit Jehova יְהוָה faciemus: hic Turca, cum forsan pronunciatio verbi Hebraici שָׁעַת fecit convenientat cum Arabicè قرْبَى rebellavit, شَعَّا in עַצְבָּה fecit in rebellavit transforma-

vit,



ut, uti hoc nobis hâc vice ob defectum Arabici Corani ex Gallicâ versione translatée d' Arabe en Francois par le Sieur Du Ryer Sieur de la Garde Malezair, imprimée à Paris chez Antoine de Sommaville, avec privilege du Roy ao. cl. Ipc XLIX. p.m. 114. & seq. ut & ex relatione Magni istius Philologi HOTTINGERI in Thef. Phil. p.m. 125. innotuit. Et ex hoc unico loco Al Corani multò magis constat, non Judæos, sed ipsos Muhammedanos ex ignorantia vel malitia esse depravatores Textus Hebraici quorum prius magis credimus, cum sint rusticum genus, non modò in urbium, artificiorum, sed & scientiarum excidium natum; Accedit & præceptum ipsius Muhametis, rudes n. animos ne illa scientiarum humanitate mitigent, is lege cavit, quo facilius ignari componerentur in legis vesaniam, quam præscripsit, uti eleganter Noster Barclai. in Icon. Anim. p. m. 175. Deinde & quidam ex hac gente Samaritanos insimulant Scripturæ s. Textus corrupti, uti ex citato loco Ahmedî constat: Verum, sermo ibi non de universal corruptione omniū plane exemplariū, quæ asserēda & probāda, sed de particuliari quorundā exemplarium, quam libenter concedimus. Rationes & exempla quibus contra nos pugnant, cum Bibliotheca tali hic loci destituamur, expensa & refutata exspectamus à laudato antea Critico Tigurino, prout id l.c.p. 124. promisit. Vid. interim elegantes notæ Alberti Widmenstadi J.Cti ad epit. Al Corani. Et tantum de his ὡς ἐν παρόδῳ dictum. Sequitur, ut illos aggrediamur, qui Christianorum nomine gaudent, inter quos primò Pontificii locum sibi vendicant, ac de quibus paullulum prolixius.

Nulla editio corrupta est authentica, at Editio Hebraica
Vet. Testam. est corrupta. E. non est authentica. Arg. Melch. G. ni Ord. Prædic. Episcopi Canariensis ac prim. Cath. in Acad. Salmaticensi Præfect. Lib. II. loc. Theol. c. 13. Thom. Stapleton. Angli in Acad. Lovan. Prof. Reg. in Relect. contr. 5. quest. 3. art. 1. Et 21. R. Bellarmini Politiani Jesuite Cardinal. l. II. de V. D. c. 2. Et 7. Galium, quos vide cit. à Viro Gl. Wilhelmo Nigrino in de Cont. Papist. Scr. S.



Ber. S. p. m. 272. & seqq. Minor à Pontificiis probanda, quam etiam probant, sed falsis & futilebus rationibus, ac corruptis maleque intellectis à se auctoritatibus & exemplis. Videamus a. & examinemus quantum sieri potest ea aliquantulum. Innititur ipsum AntiPhilologia hisce fundamentis:

Primò hi Adversarii adducunt probationis loco Scripturæ testimonia, utpote quando Hieremias c. VIII. v. 8. & c. XXIII. v. 26. falsationem prædixerit. Verum, ad hoc reponimus, verba Prophetæ rectè inspicienda, nec in alienum sensum detorquenda, & quale officium Scribarum fuerit inquirendum, quibus peractis clarum erit, illos non correctionem Textus seu Codicis Hebræi, sed ob perversam interpretationem castigationem Prophetæ passos fuisse. Et סֹבֵרְמַן ipsi suere Autores Sacri, Moses & Prophetæ qui nunquam aliter scripsierunt, quam hodie scriptum legitur, inquit summus iste Rabbi Christianus Buxtorfus Pat. in litt. ad Excell. Dn. Glass. part. i. Ph. S. ed. prim. subnexis. Deinde proferunt pro suâ sententia Autoritates Veterum Patrum, videlicet JUSTINI Phil. & Martyr. qui vixit A. CL. contra Tryphonem Jud. in Dialogo Ephesi habitō, ORIGENIS Adamantii Clem. Alexandrini discipuli qui vixit A. CCXXVI. Hom. 12. in Jerem. JO. CHRYSOSTOMI Episcop. Constantinop. qui claruit A. CCCXCVIII. Hom. V. in Matth. Resp. AntiPhilologos nostros hos Patres vel nec potuisse vel noluisse rectè intelligere, nullus n. ex his Corruptionem Textus Hebraici innuit, multò minus approbat, Justinus enim non agit de falsatione Textus Hebraici, sed LXX. Interpr. uti hoc ipse BELLARMIN lib. II. de V. D. c. 2. uti & de cœteris fatetur. Origenes Græcos Codices reprehendit ex Hebraicis: Chrysostomus cùm agit de loco isto notissimo Esa Virgo concipiet, non comparat Hebraicum Textum cum versionibus, sed LXX. interpretes cum recentioribus Theodotione, Aquilā Symmacho. Quomodo ergo hi Patres pro ipsorum sententia? Nuga sunt, γένεται οὐδὲ τοπεῖται. Adhuc unus ex Patribus restat HIERONYMUS Stridonensis. Presb. & Eccles. Doctor qui clar. A. CCCXC. quem tanquam dubitandum Romanenses adducunt, ex Comm. in Micham, ad Galatas

B

& c.



& ex Ep. 89. ad Aug. ubi ita: *Ego non tā vetera abolere conatus sum, quā
ea testimonia quae à Judaeis prætermissa sunt vel corrupta proferre
in medium ut scirent nosīri, quid Hebraica veritas contineret.* Ve-
rum is facilē excusatur, & quæ hujus viri constans fuerit senten-
tia ex aliis locis constat. Dubitat, sed non asserit Hieron. & si
quid erroris denotat interpretes illos accusat non a. Hebraicam
editionem, intelligit n. ibi Aquilam, Symmachum, interpretes
Judaizantes qui truncando vel aliter corrumpendo Scripturam
suā interpretatione vitiarunt, non fontem ipsum Hebr. turban-
do; uti ipse Jes. Bonfr. Prol. c. 3. sect. 3. p. m. 45. loquitur. V. Dan.
Chamier. in *Gallia Eccles. Montelimariensis & Montalbanensis Mi-
nister in Panstr. Cathol. Tom. I lib. II. c. II. p. m. 217. De Origine ad-
huc unicum notāmus, quod intempestivam līmam Jo. Morini
Blesensis Congregationis Oratorii, ut vocant, Presbyteri susti-
nere haud possit. Statuit n. hicce Pontificius Origenis tempore
corruptos fuisse Cod. Ebraeos, idq; ideo, quia Origenes in Octa-
plis ad editionem τῶν εβδομήκοντα Ebraicas editio-
nes exigere, atq; emendare non dubitārit. Exerc. I. c. 3. p. 35. Ve-
rum hoc falsissimum, Origenes n. ut antea dictum Græcorum
Codicum errorem deprehendit ex Hebraicis, & posito, non con-
cesso, factam ab ipso emendationem, inde tamen non sequitur
omnes Codices esse corruptos, quod probandum, si nobis dene-
gatur Ebræum textum esse authenticum.*

Seqvuntur exempla Rabbinorum. Producunt AntiPhi-
lologi R. Dav. Kimchi qui in expl. Libr. Reg. scribat, in Captivi-
tate Babylonica corrupta fuisse S. Biblia; dein Abraham bar
Hyah Hispanum qui in Libr. de Adv. Mess. ante anno S. CCCC.
conscripto aliter dicta scripturæ citer, quam in Bibliis sint exa-
rata. Resp. Autoritatem primò autoritate oppugnamus. R.
enim Benchaim Tunetanus Danieli Bombergo Typo-
grapho Veneto in excud. Bibl. Hebraicis fidus olim paraftates
disertè improbat illorum opinionem, qui statuunt, in Captivi-
tate Babylonica depravationem Codicis Hebræi factam esse,
uti hoc testimonium legere est apud B. Nostrum GERHARDUM
in Exeg. L. Th. p. m. 346. Tempore n. Captivitatis Babylonica
corruptum esse Cod. Hebræum haud credibile est; disvadet id
temporis brevitas cum à desolato Templo usq; ad reversionem ē
Babylō-



Babylone numerentur LXX. tantum anni V. Jer. XXV. v. II. Magna & innumerabilis fermè copia exemplariorum maximè obsecrato fuisset quo minus depravatio talis catholica institui potuisse, Sancitum n. Lege erat : NULLUS PATERFAMILIAS CODICE BIBLICO DESTITUTUS ESTO ; unde in Pirk. av. חם במלח האכל ומים במשורה השטה והעל הארץ תישׁקו וחתת צמְלָא :

Panem cum sale comedas, aquas ad mensuram bibas, super terram dormias, & vitam ærumnosam vivas, modo operam possis navare Codici Sacro. Addimus; Exemplaria undiquaq; erant dispersa, & si talis Catholica depravatio instituenda fuisset, requisivisset hoc negotium omnium Judæorum peritiorum Concilium, omnium etiam priorum exemplarium abolitionem, quorum prius nullibi à probato Auctore assignatum legimus, posterius vero impossibilitatis fermè esse omnino judicamus. Et si concederemus hīc factam corruptionem, interim non Catholica depravatio, sed particularium quorundam Codicum tantum sequitur, de quā nostrum jam non est ζήτησα. ABRAHAMUM illum quod spectat, forsitan malitiosè ita loca Scripturæ adduxit, vel depravatum quoddam exemplar adhibuit; uti & de ipso Libro adhuc disquirendum esset.

Quarto, ne nostri AntiPhilologi absq; rationibus disputare videantur, quasdam afferunt, verū parvi momenti, ut pote : primò multiplices & sensu discrepantes versiones arguere depravationem Originalis Codicis. Reponimus ad hoc negationem : Potest n. multiplex & sensu discrepans versio esse, interim ipse fons purus manet & incorruptus e.g. Si quis Aristotelem in Germanicam Italicam vel Gallicam vellat transferre Linguam, in ipsis v. translationibus multæ essent discrepantiæ, ibi sanè nemo facile Græci textus depravationem arguet, sed potius rranslatorum incuriam sive inscitiam. Committitur enim interdum in versionibus error ac diversitas quædam tres potissimum ob caussas : I. ob voces æquivocas; II. ob multarum distinctionum diversam lectionem, variumq; intellectum. III. ob librariorum vel ipsorum interpretum sive incuriam sive inscitiam.

in certa Originali Textui sua potest constare puritas. Deinde
Adversarii nostri & hanc rationem corruptionis tradunt, quod
olim multa metrica in Textu Hebreo fuerint, nunc v. nihil.
Resp. iterum negando consequentiam. Metrum illud tantum
fuit accidentarium Textui Hebraico, quo amissio verba tamen
manere potuerunt integra & incorrupta. Tertio ex additi-
one punctorum disputant, utpote Bellarm. L. 2 de V. D. c. 2. Gor-
don. Contr. i. de V. D. c. 9. verum cu de hoc argum. maximè sint
convicti, ipsisque contrarium à Venerandis nostris Theologis ac
Præceptoribus Ecclesiæ Lutheranæ satis demonstratum, nempe
a B. nostro GERHARDO Exeg. L. Tb. p. 255. & seqq. CHEMNIT. in
Harmon. c. 51. p. 339. vet. ed. HAFENREFFERO in Templ. Ezech. p. 170.
FLACIO part. 2 Clav. Script. p. 629. BROCHMANDO System. The-
ol Tom. 1. p. 29. & seq. & ipsi Rabbini nobiscum sentiant, ut ostendit
Buxtorf. in Thes. Gramm. nempe R. D. Kimchi & R. Levi Ben
Joseph citati ab Incompar. Nostro B. GERHARDO l. d. ideoque
hic longa examinatione & refutatione supersedemus, ne hæc
nostra Exercitatio contra Leges Academicas in nimium excre-
scat. Tantum SIXTUM Sen. è Biblioth. ipsius Lib. VIII. hær. 2.
addere lubet, dum fatetur Vocalium punctorum additionem
nihil quicquam derogare perpetuæ divinorum voluminum sin-
ceritati.

Ultimò & Romanenses nostri contradicentes Scripturæ lo-
ca ad ipsam ocularem demonstrationem producunt, quæ cor-
rupta esse opinantur, ut sententiæ suæ eo magis fidem faciant,
videlicet Gen. XLIX. 10. Deut. XXI. ult. XXVII. 26. XXXII. 42. Ps. XIX. 5.
XXII. 17. XCVI. 10. Esa. IX. 6. XL. 5. LIII. 8. LXII. 11. Jerem. XXIII. 6.
XXXIII. 16. Zach. IX. 9. IX. 11. XII. 10. & alia quorum singulorum
examen, hostiumque profligationem & refutationem Philologiae
Sacrae Cultores elegantissime legere possunt in Exeg. L. Tb. B.
GERHARDI p. m. 347. seqq. Phil. S. D. GLASSI Part. 1. p. 59 seqq. vet. ed.
& Dr. D. CALOVI Crit. Sacr. super A. C. p. m. 417. & seq. DAN. CHA-
MIERIS Panstrat. Cathol. Tom. 1. p. m. 217. 223. HOTTING. Phil. Thes.
p. 147 seqq. Summatim dicendo, è singulis quibus hi Anti-Critici
contra nos pugnant, non Textus S. depravatus, sed multò magis
depravata illorum mens deprehenditur, malitiosi. n. agunt, v. e-
ritati.



ritatem quam optimè vident contumeliosè repudiant, ac tot
rectas informationes, responsiones, demonstratones, sufficien-
tissimasque refutationes contra conscientiam rejiciunt, &c, quod
notandum, multò magis illis qui extra Ecclesiam vivunt inte-
gritatem Codicis Hebræi fatentur, quam nobis Christianis &
Orthodoxis, cuius rei exemplum Georgius Monachus præbuit
qui contra Turcas fontium puritatē illibātam firmiter afferu-
is. Et tantum de Pontificiis.

Restat ut Socianianorum mentem quoqne paucis expisce-
mur. Non procul ibimus. Testis ipse Socinus Responsonē ad-
versus Bellarum & Wiek. allegans & pertractans dictum Vatis
Zachariæ c. xii. v. 10. ibidem putat Socinus à Judæis additam &
intertam fuisse vocem יְהוָה ad me, ac in Psalmo xxii. v. 17. corru-
ptionem factam; ad stipulantur Offic. cd. in Instit. German. c.
27. & Smaltz. contra D. Franzium, cum firmiter credant, Judæos
eloquia divina malè curasse, corruptionemq; iis intulisse, & ad
probandam sententiam Patres quosdam, illos quos Pontificii ple-
rumq;, verū parimen e intellectos, ad quod supra responsum, ac
leviusculas conjecturas afferunt; Nos autem cum in specie hisce
Philologis πονεροὶ sane κόρυφα respondemus, afferimus, Hosce
itidem aut malitiosè, aut ex ignorantia agere; malitiosè, gaudent
enim se Pontificiorum vanitatibus ex imis valedixisse, & tamen
malitiam eorum sequuntur, ac propria conscientia convicti in-
juriosè depravationem Codici Sancto affingunt, putantq; sic vel
sic potuisse existare. Ex ignorantia, minus enim in hisce sunt ex-
ercitati, uti in præl. Socinus propriam confessionem audivimus.
Videamus modo locum Zachariæ quem Socinus corruptum pu-
tat, ibi certè nullam depravationem reperi licet, omnes enim
probati Codd. illud יְהוָה habent & retinent, ubi ergo corruptus?
malitiam Salmeronis Socinus hic induit, qui ex cit. Johannis c.
xix. v. 37. hunc locum Zachariæ corruptum judicabat, cui respon-
dit, Magnus noster Galovius Critic. Sacr. pag. 427. ac Dan. Cha-
mier. in Panst. Cath. pag. 222. Accedunt ipsi Rabbini Aben E-
zra & Schelomo qui hanc vocem legunt, licet interpretando de-
torqueant. Alterum locum quod spectat quem Socinus ē Psal.
xxii. 17. cit. ipsi sua constat puritas, ac multo magis iterum Ad-

Versarius seductus videtur à Gordon. Hunt. Scoto Ep. Contr. c. 10.
§. 1. seq. & Bellarm. L. II. de V D. c. 2, Cujus loci defensionem &
explicationem Vid. apud Dn. D. Calov. d. libr. p. m. 240. Anti-
Philologorum verò Refutationem in Phil. S. Dn. D. Glassi part. I.
p. 103. seq. vet. ed. Valeant ergò & hi, seq; melius informari pa-
tiantur. Unum verò adhuc conclusionis loco notamus, cum hic
Criticè disputemus, Adversariiq; idem velint, nos in iis rectam
zeīσw desiderare, agant nobiscum criticè, ut decet; Autores cum
citantur, ipsorumq; verba allegantur bonā fide, ἀδόλως καὶ ἄνευ
πάθεις sunt citandi, allegandi, non ipsis alia mens affingenda,
hinc Critica juxta SEXTUM EMPIR. Antiquissimum philoso-
phum. Lib. Advers. Mathem. c. 4. ac οριτηκώτατον THOM. REI-
NESIUM Var. Lect. Præf. est, quæ Scriptoribus sua nomina red-
dit, sua opera adjudicat, genuina à supposititiis discernit, rem
quamvis obscuram, & quicquid tandem in quæstionem cadit,
exponit, quicquid sciri potest inquirit, sententias examinat, &
dissonantes conciliat, de verbis censet, & Veritatem, quantum
eius in hac mentium caligine comprehendipotest, quavis in ma-
teria indagat, eruit, proponit; falsa ἀθετεῖ, notat, circumscribit
inulta ejicit, transposita restituit, fugitiva revocat, prava emen-
dat. Regerant hic forsū nostri AntiCritici, sese quam maximè
hoc observare. Resp. Criticus & Philologus neutquam Textui
depravationem, ubi non est, infert & affingit, Textum pu-
rum præprimis, tam sacrum, purum deprædicat, sinceritatem
pro fundamento & argumento etiam habet, ex veritate judi-
cat, absente malitiâ, injuriâ, multo magis ignorantîâ, nam
talis non admittendus nec curandus, Etenim τὸ κένεν in omne
omnino omnium Auctorum genus extenditur, ac ἐγκυροπαι-
δεῖα & singulis universæ doctrinæ partibus debet esse instructum,
& notum, Veteres à Criticis absolutam puram ac plenam sci-
entiam in interpretandis & explicandis Auctoribus ac sanum & e-
legans judicium non sine gravi causa exegisse, nec ad unam lin-
guam aut scientiam sed ad artifices istius rei sive unus sit, qui
hæc præstare potest, sive plures, veterum scriptorum explicatio-
nem ἀδόλως pertinere voluisse antiquitatem rectè monet Nobis-
lissimum Hollandiæ & immortale decus HEINSIUS in proleg.

ad



ad Aristarch. Saer. concedamus verò & in AntiCriticis nostris
præprimis Romanensibus inveniri absolutam tales, quæ requi-
ritur, scientiam, hoc tamen eam contemnibilem reddit, quod
tam subdolè ac malitiosè agant, ubi certè commenta produntur,
exemplum habemus sat clarum in hac nostra Exercitatione.

ΚΕΦΑΛ. Β.

*Philologia nostræ Theseos demonstratur. Locus Act. xvii. ii.
expenditur. Genevensis Glossa laudatur. Ἀναρπίωντες. Porchetus &
Galsatinus errant. Bonfrerius horum Refutator. Critica Hebraeorum.
Ar. Montanus de consensu Codd. impressorum & M. Storni. Drelin-
courtius Gallus Jesuita notatur. Philonis testimonium. Religio jud.
de Pentateucho. Josephus cit. Errores γραφικοὶ. Ebraeorum in
Codd. describendis summæ cura. Scribæ, quid eorum officium. νομικοὶ.
Jo. Isaacus, Di. Payva & Jus Canon. pro nostra sententia allegantur.*

AntiPhiologiam vidimus, &c, quantum fieri potuit, ad hanc
revocavimus. Nostram sententiam veram esse jam asseren-
dum simul & probandum. Constanter itaque asserimus, *Textum*
*Hebreum Sacri Codicis hucusq[ue] DEO PROPITIO intorruptum man-
sisse, ita, ut norma reliquarum versionum, ad quam, sic ubi opus, ex-
aminari & corrigi debeant, optimo jure esse possit. Ut v. distinctè sen-
tentiam nostram proponamus, simulque probemus, duo nobis
veniunt dicenda, & corroboranda; Primo: Hebraicorum Bibli-
orum Corruptionem nec ante Messiam nec post Eum. Secundo:
Nec judæorum malitiā, vel Librariorum incuria factam esse, &
sic neutiquam & nunquam. Etenim si talis depravatio Codicis
Hebrei facta, utique vel ante Christum vel post illum facta est,
Tertium non datur. Sed neutrum verum est.*

Nam, Primo, non ante Christum, quia Salvator & apostolus
si hoc grande sacrilegium Judæorum sine omni dubio gravissi-
mè taxassent, cum ob falsam textus interpretationem ipsos re-
prehenderint, immò, ipse CHRISTUS auditores suos ad Mo-
schen et Prophetas diligenter scrutando his verbis remiserit: *Ex-
hortate*



πνεῦμα τὸ γένος τοῦ Ιησοῦ Χριστοῦ Ἰωάννης 5. 39. quis verò eredet? ad depravatos & corruptos; Et quod magis est Matth. V. divino juramento promittit ne iota unum aut apicem unum de lege interiturum. Accedit Thessalonicensium diligens collatio doctrinæ Paulinæ cum Scriptis Mosaicis & Propheticis, uti in πραξις αποστ. c. XVII. v. II, Spiritus S. satis nervose de his loquitur: ὅτοι οὐσιῶν εὐγονέσερος τῶν οὐ Θεοσαλονίκην, οἱ ταῦτα εἰδεῖσθαι τὸν λόγον μέτα πατέρος προφυλακτοναρχῆς ημέρας ἀναγνώσσει τὰς γένος τοῦ Ιησοῦ Χριστοῦ, εἰ ἔχοι εἰδήσθαι. Ubi Genevenses ita: receurent la parole avec toute promptitude de conferans journellement les Escritures pour savoir s'il estoit ainsi. Glossat. non comme pour en juger de leur sens & autorité, mais pour confermer, & esclaircir tant mieux par le rapport de l'Ecriture avec la vérité qu'ils avoyent entendue. elegantissime sane Glossa hocce nobile negotium Thessalonicensium explicat, avec la vérité cum veritate relationem collationis instituisse afferit, ad confirmandum se se, & esclaircir, eleganter sane, clarificare, ab Escler fulgur unde Esclereur, accuratus custos litis Ein aufseher in Rechtsproces/ daß ihm zum Nachtheil nichts geschehe. In fontibus, unde omnis hæcce critica, illud ἀναγνώσει quod Genev. Conferans conferentes maximè observatnr, pondus enim in se habet, ac magis significat quam simplex νέοντες denotat enim ἀναγνώσει, unde ἀναγνώσει, questionem habeo Luc. xxiii, 14. Act. xii 19. dijudico i. Cor. ii. 15. & scrutor h. I. satis, hinc ἀναγνώσει inquisitio Act. xxv, 29. singula significata hic quam maxime quadrant, Thessalonenses, enim sine dubio, questionem habuerunt, itaque diligenter scrutati sunt, factâ collatione dijudicarunt, an ea quæ legerint ita se habent, ad hoc verò præstandū non corrupta & depravata norma requirebatur, sed pura & integra, incorrupta nempe Scripta Moschis & Prophetarum, nam hoc postulabat sana carum crisis, quam etiam Anticriticis nostris precamur, & melius agent, nobisq; calculum suum forsan dabunt. Hie quidem de Tempore contradicunt nobis Porchetus de Sylvat. Gen. Carthusianus Victor. advers. Impios Jud. part. i. & qui hunc sequitur P. Galatinus de Arc. C. V. Libr. 1. e. 8. verum cum hoc firmo plane fundamento careat hique nullos ferme è Sociennis ad stipulatores, mulcet magis confratrem Jac. Bonfretum

rium, Dionatensem S. I. in Collegio Aquicinctensi Acad. Duae-
censis Sacr. Litt. & Lingæ S. Professorem, Refutatorem satis suf-
ficientem in Præloqu. super Tot. Scriptur. Sacr. c. xiii. sect. 5. p.
m. 46. sibi habeant, ideoque hæc mittimus, præprimis cum hoc
ꝝꝝ. in afferenda & probanda thesi debeat esse occupatum.

Pergimus, & afferimus, nec post Messiam factam corruptio-
nem Codicis Hebræi. Nam si hoc, tum vel ante Hieronymi tem-
pora, vel deinceps. Ast neutrum. Non ante, quia Origenes &
Hieronymus, hic in c. vi. Esa. ille in c. viii, ejusdem Proph. pur-
gant Judæos uti id è Pontificiis Joh. Driedo Belga Vir Doctissi-
mus de Eccles. Scripturis Tr. i. l. 2 ed. Lovan. A. MDLVI. &
Bellarm. e. l. observarunt. Et Hieronymo quidem notissimum
erat eloquium Hebraicum, ut in Latinum transtulerit, ex iis
Codd. qui dum temporis in omnibus erat manib⁹, usus ipse & In-
formatore Judæo magno conducto pretio, uti testatur præf. in
Job. Nec post Hieronymum: Nam Augustinus Episc. Hipponeñ
sis vixit paulò post Hieron. nempè A. ccccxx. qui tamen itidem
Judæos ab hoc crimine absolvit lib. xv. de C. D. c. 13. p. m. 130. ed.
Genev. Exemplaria quoque erant longè lateq; dispersa & Chri-
stianis communicata, ab hisce autem corruptionem factam, idē
plane falsum, nam id Judæi conquerentur, ac deinde mutata es-
sent ea, quibus Judæi abuti solent adversus fidem Christianam,
quod tamen non est factum. Addimus Judæorum eloquium, ac fi-
delitatis testimonium quod tribuerunt teste Hipponeñse trans-
lationi Hieronymianæ. Porro autem hic notamus, Patrum
tempore, quod Apostolorum proximè excepit munus, tales non
factam esse corruptionem; Origenes enim cit. l. testatur, incor-
ruptos Codd. Hebræos ad se pervenisse, & qui, quæso, non per-
venissent, cum primitiva Ecclesia copiosè emendatis libris esset
instructa, quos tales succedenti ætati, &, qui hanc sequebatur
Christi fidelium ordo, qui nullo tempore defuit, ad manus fi-
des collimendavit. Neque post Patrum tempora falsari potuit
Textus Hebreus, ibi enim Masoretarum stupendo mun-
imento Codex sacer fuit instructus, quo facto, impossibile est
corruptionem fieri potuisse. Et hoc munimentum erat **מִסְרָה**
doctrina Critica à priscis Hebræorum Sapientibus circa textum
Hebraicum S. Scripturæ, ingeniosè inventa, qua versus, voces,

C



& litteræ eius numeratæ, omnisque ipsarum varietas notata, &
suis locis cum singulorum versuum recitatione indicata est, ut sic
constans & genuina ejus lectio conservetur & ab omni muta-
tione aut corruptione æternum præservetur & validè præ-
muniatur. Rectè Buxtorfius. in Tiber. capit. 2. Vid. de hac Re-
verendiss. Dn. D. Waltherum Patronum & Promotorem nostrum
Magnum singulariter observandum in Cent. Miscell. Theol. p. m.
253. in offic. Bibl. p. m. 538. seqq. Dn. D. Galov. Tom. I. in A. C.
p. 430. A. Rivet. Isag. ad Script. S. p. 102. 103. 106. Arn. Bootii Epist.
contra Cap. ad Jac. Usserium Paris an. MDCL. Spanh. Dub. Evan.
Part. I. II. III. Hotting. Thes. Phil. p. 398. seq. W. Schikkard in זב &
alios. Impossibile itaque fuit accedente Masora corruptio nem
fieri potuisse, quod notamus contra Bonfrerium in Proleg.
Super Tot. Script. Sac. c. 12. sect. 3. p. m. 44. statuentem post Chri-
stum immò post mortem Heronymi corruptionem factam. Fir-
miter ergò credimus, eosdem nunc in manibus nostris Codices
esse, qui fuerint tempore HIERONYMI, AUGUSTINI, immò^z
ipsius CHRISTI, non tantum ob stupendam Religionem Recuti-
torum, de qua post, sed & ex consensu Codd. impressorum, & MS-
torum, qui, licet diversissimis temporibus exarati, tamen harmo-
niam habent. V. Ben. Ar. Montanus Comm. de Varia Hebr. Libr.
Scriptione & Lectione, quam Biblicis Xant. Pagnini præmisit.
Etenim quæ de Pentateucho Samaritano à Iesuitastris dicuntur
fabulam & calumniam putamus, cui tandem abstergendi caussa
ipsa spongia Jesuitica accessit. Vid. La Deuxieme partie du Tri-
omphe de l'Eglise par Charles Drelincourt c. 27. p. 1053. uti & Hot-
zingeri Exercit. Anti-Morianas de Pentateucho Samarit. ejusque u-
denticâ authentiâ.

Sequitur, ut adhuc brevissimis lineolis significemus qua-
dam de Judæis, nempe, eos nec voluisse, nec potuisse Fontem He-
braicum corrumpere, quod nobis insigni argumento pro ἀφα-
τίᾳ Hebr. Codicis. Noluisse Judæos Textum Hebr. corrum-
pere, suader ipsorum Religioni ferme admiranda, quam circa
Codices Sacros observarunt, de quâ testatur PHILO apud EL-
SEIUM. εὐαγγ. προπαραστ. L. VII. πλειόνων ἐτῶν διεληλυθό-
των, τὸ μὲν ἀκριβεῖς υἱοὶ ἔχον λέγειν ἐπέστα, τῷ λείω δὲ ἐν διστο-
λα.

λία ἔτη, μὴ ρῆμάγε αὐτὸς φόνον τῶν ὑπ' αὐτῷ γεγραμμένων
πιῆσαι, ἀλλὰ καὶ μυριάνις αὐτὸς αὐτοθανεῖν ὑπομένει θάτ-
τον, ή τοῖς ἐκείνοις νόμοις ηγεθεστιν ἡντια πειθῆναι. Addimus
JOSEPHUM cuius verba EUSEB.L.III. c. 9.H.E.ex i. Ant. Jud. Libr.
excerpta habet; E. F. eccentricoribus Rabbi Jos. Albo Lib. Ikkarim
part. 3. c. 22. quæ videri possunt in Thes. Phil. Hotting. p. m. 131. adeò
v. Relligiosi sunt hi homines, ut ne quidem exemplar Pentateu-
chi recens descriptum ultra mensem domi suæ retinuerint, nisi
benè correctum & revisum, uti testatur Alphesius cit. Hotting. p.
141. Et si voluissent Recutiti in nostri odium depravare Cod.
præcipua vaticinia de Messia nobis sustulissent, quod nullo mo-
do factum. Nec potuerunt, et si voluerint, obstabat n. ακείμητος
Θεός οφθαλμὸς, ipsorum multivaria dispersio per totum fermè
orbem terrarum, Christianorum diligens cautio, exemplarium
Biblicorum multitudo & Verfiorum varietas. De quibus Cons.
B. GERHARD. Exeg. p. 338 seq. Dn. D CALOV Tom. I. A. C. p. 432. Dn.
D. GLASS. Phil. S. Part. I. p. 22. 23. seq. HOTTING. c. l. & alii.

Denique & Librariorum incuria vel inscitiâ minimè Sacer-
Codex est corruptus. Distingvimus v. hic ante omnia inter-
particularium quorundam Codicum corruptionem, & univer-
salem omnium exemplarium depravationem. Nam, ut in o-
mnium librorum descriptione contingit, ut nonnullæ, mendæ
irrepant, ita & hic fieri potuisse haud negamus, ast, si in uno al-
tero loco à Librariis. & Scribis errores γραφικοὶ commissi, inde
non sequitur statim omnes descriptores talia σφάλματα com-
mississe: Et summa ad hibita fuit ab Hebræis in Codicibus des-
cribendis diligentia, & accuratissima descriptorum Codd. revi-
sio & emendatio, præcipue illorum, quid ad latus arcæ fœderis
deponebantur & custodiendi erant. Lubet hic inserere pauca
quædam de Scribis & quales isti fuerint in Ecclesiâ, nam de poli-
ticis nobis hic nullus sermo nec ad institutum pertinet, de qui-
bus i. Paral. xxvii. 32. Syr. xxxviii. 25. i. Corinth. 1. 20. Esth. III. 12.
Corn. Bertram. de Republ. Hebr. & Const. l'Empereur ab Oppyke cōm.
in eundem l. p. m. 382. ut & Fessel. in Adv. Sacr. p. m. 2. 16. Præstabant
v. hi Ecclesiast. סְרִפְתִּים operam suam divino cultui, vel Scriben-
do, necessaria bona fide annotando uti patet ē i. Par. xxiv. 6. ex-
emplo esto Baruch amanuensis Jeremias Jer. xxxvi. 26. 32. vel Do-
cen dō,



gendo, Erant n. Doctores, & explicatores Legis divinæ, descriptæ
custodes, Praelectores dubiorumque expositores. Esdr. ix. 18. 20.
24. i. Par. xviii. 16. & alibi. Ex his quidam Legisperiti *vopisnoi* Scri-
bæ doctiores Disputat. locati in Syn. M. Num. xi 16. seqq. Deut.
xvii. 8. seqq. quod ex LXX. Judicibus & uno præside constabat. Vid.
plura de his apud Fessellum in Advers. Sacr. fol. 17. 18. 19. Quæ
in specie de **הַקְרִיבָה סֵפֶרְיָה** dici possiat, ea, cum ad doctrinam
de Masora pertineant cō remittimus. Et manet nostra criti-
ca de incorrupto Codice. Hebræo ita diducta & probata. Cui &
dudum calculum dedere quidam ex ipsis Pontificiis, utpote: *Jo.*
ISAACUS Hebr Litt. Acad. Colon. Prof. contra Wilh. Lindanum
Dordr. in Def. V. H. S. S. l. 2. p. 77. Di. PAY Aab Andrada in Def. T. F.
l. 4. p. 247. cuius verba satis memorabilia & ipsis Antiphilologis
Catholicis meritò opponenda. Et ipsum Jus Canon. de hoc testa-
tur part. i. Decret. dist. 9. c. 6. ut veterum & aliis quos vide citatos à
W. Nigr. l. c. p. m. 265. seq. Potuissemus & P. Testimonia pro nostra
sententia adducere *AMBROSI Camald. Flor. Ord. Sui A. qui flor.*
A. MCCCCXXX. in Tr. de Spir. S. HILARII piet. Episc. S. Athanasii æ-
qualis, qui V. ACCCLV. in Psalm. & aliorum: item Iudeorum suffra-
gium, veterum nempe Flav. Iosephi: Restentiorum R. Ios. Albo &
R. Gedalia. Verum. FINIS ESTO. proximè σὺν Θεῷ LXX.
Interpretum Vers. Hebr. C. cum aliis Translationibus videbimus,
nunc tali Marmore concludentes: TEXTUS HEBRÆUS PU-
RUS EST, AUTHENTICUS EST. RECUTIT. MALITIOSA
MANUS ILLUM HAUD DEPRAVAVIT INCURIOSUS STY-
LUS SCRIB. ISTUM NON CORRUPIIT PROPIT. TUTE-
LARIBUS THUS EOUM DEBETUR, QUOD FACIEM PRI-
STINAM NON AMISERIT, HINC NORMA, CANON, AC
REGULA, EST MANETQUE AD QUAM RELLIQUÆ VER-
SIONES SICUBIOPUS EXAMINANTUR, CORRIGUN-
TUR DECULPANTUR.

כל הנשמה תחולך ית
הלוֹדִוָה



D1 A 6640




5b.

VOA



2



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt

urn:nbn:de:gbv:3:1-614724-p0024-9

DFG

Farbkarte #13



B.I.G.

בִּיהוּת אֱלֹהִים
VENTILATIONUM PHILOGICARUM
Ad Codicem Hebraum Vet. Testamento
EXERCITATIO PRIMA
De
PURITATE ET INTEGRI-
TATE EIUSDEM CODICIS
Quam
In Illust. Acad. Wittebergensi
PRAESIDE
M. FRIDERICO SCHERERZIO
Lüneburgensi, P. Laur. Cæsarico.
publicè Respondendo defendet
LEONHARDUS MEYERUS
Lüneburgensis.
a. d. XV. M. VIII BR. hor. Matutin.
In Auditorio Minoris.

WITTEBERGÆ, TYPIS JOH. HAKII. A.C. cl. Iec LIII.